



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Rebvs Iaponicis// Historica// Relatio,

Froís, Luís

Moguntiae, 1599

VD16 F 3085

De Alia Missione cuiusdam fratris in regnum Bungen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64472](#)

uacro expurgati sunt bis mille nongenti septuaginta quatuor adulti, si in hunc numerum inseras quingen-
tos, eoque plures à quibusdam Christianis in absen-
tia Patrum baptizatos, quibus hoc pium exercitium,
quod sane velut optimi Christiani, eximia caritate &
Zelo animarum exercent, fuerat à Patribus com-
mendatum.

*DE ALIA MISSIONE
cuiusdam fratribus in regnum
Bungen.*

Piceprouincialis mandauit ex hoc portu Nangasacano mitti fratrem Iaponium ad visendum nobilem quendam Christianū amicum de Societate bene meritum: qui animaduer-
tit omnibus in locis per quę iter habebat, multam ac-
cessionem fieri ad Christi messem; nam habita con-
cione ad gentiles de Catechismo, in uno loco quin-
que, in alio sex, alibi decem salutari aquæ capita sub-
mittebant, sic ut in reditu, nonaginta nouem capita
eadem aqua aspersa numerauerit.

Nobilis quidam, frater eius, cuius visendi causa no-
ster venerat, domi suæ habebat mulierem è regno Fa-
rimæ quod est in Meacensi ditione, filij sui nutricem,
è secta Iecosci mirè Amidæ addictam, quæ adeo ex-
crabatur religionē Christianā, eiusq; cultum & cere-
monias, vt cum ei à quibusdā diceretur, vt Christi sa-
cra susciperet, audacter responderit, nullū inter Deū
& Amidam esse discrimen. Si. n. Deus, inquit, sit insi-
nitus, & Amida est infinitus: & si Deus careat principio

M 2 & fine,

& fine, idem se confiteri de Amida: & rursum, sive-
rum sit Deum multa perpessum pro salute hominū,
Amidam quoque multis annorum myriadibus seue-
rissimam asperrimamque à se in eundem finem exe-
gisse pœnam: Itaque non se videre causam, cur cultū
Amidæ, quem tanti ficeret, cuique omnia sua officia
deferre cuperet, deserere deberet, & nouam peregrī-
namque legem sectari. Quoniam autem fæminano-
mine prudentiæ erat celebrata, omnes affirmabant,
si illa adduci posset ad audiendam Euangelij prædica-
tionem, citra ullam controvërsiam ad Christi Eccle-
siam accessuram, suoq; exemplo alios multos ob ce-
lebritatem nominis attracturam. Itaque placuit tan-
dem Deo cor illius mouere, vt aurem accomodare
vellet diuinæ prædicationi: qua percepta multas que-
stiones, tanto ordine & prudentia, atque alias ex alijs
proponebat, vt frater obstupesceret, sed tandem con-
victa cessit veritati, & piaculari lympha superioris vi-
tæ sordes omnes eluit. Postea autem tanta gratia eam
Dominus noster ornauit, vt tum vitæ exemplo, tum
efficaci persuasione ex Iecosci sectæ suæ hominibus
paucis diebus septuaginta ad sacramentum baptismi
pelleteret. Voluit deinceps vocari Anna, & ob deuo-
tionem, quam paulatim habere cœpit erga beatissi-
mam Virginem filię suę annorum tredecim imposuit
nomen MARIAE.

DE MISSIONE IN RE-
gnum Fingo.

In regno Fingo est propugnaculum, dictum
Iabe, subiectum Augustino Ecuno Camido-
no, cui præest unus ex primis partium Mea-
censium